


denominationis. At velim illi cogitent, an non absurdum sit statuere, radium in Eclipticam incidere, ut omnes incident, excepto solo opposto, & simul eodem puncto, quo incidit, distare ab Ecliptica? Minime itaq; illos audiendos esse conseo.

Plura de aspectuum doctrina, quatenus ad Astrologiam necessaria est, in secunda parte sequentur. Nam enim problemata saltem Regiomontani resolvisse sufficiat.

FINIS PARTIS PRIMÆ.



In Directorium Astronomicum universale.

Astra Syracusii mirari desine vatis;
Æmula naturæ quæ dedit ære manus;
Ingenio superans AVIANI industria vincit
Arte Syracusium vividiore senem.

L. Mq; posuit in Academia Genevensi

Joan. Steinberg. U. J. D.

Primitias video studii sublimis, & illas
Miror; & ingenium fertile perspicio.
Quid non coneris deinceps maturior Author?
Noscitur ex teneris unguibus ipse Leo.
Scilicet ex sepe nostra hæc Academia floret,
Et fructum ex propria florida messa caput.

M. Cunr. Bavarus Fac. Phil. Decan.
& Poët. Prof. in Acad. Lips.

Qualis in excelsō vectus Sol splendet Olymbo,
Inter & illustres aurea Luna faces:
Non AVIANE aliter TUA DIRECTORIA splendent
Inter & Astronomos, inter & Astrologos.

Ethe-